Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

A. octob. Translatio
sanctorum confessorum remigij
et germani / quorum prior
remensem / alter uero al-
tissiodorensem gubernauit
ecclesiam / Item rome arethe
martiris et aliorum quingentorum
quatuor
G. vi. non. In territorio
vadartensi passio beati
leodegarij augustidunen-
sis epi / qui variis iniurijs
et diuersis supplicijs pro
ueritate afflictum / ebronius
maior domus regie secu-
lari preerat / passus est autem
circa annum domini sexingente-
simum / Apud nicomedia
natale sancti eleutherij martiris
cum alijs innumeris / quorum
iubente diocleciano imperatore /
alij gladijs obtruncabantur /
alij ignibus cremabantur /
alij in mare precipitabantur /
A. v. Natale sancti
dionisij epi et martiris / qui
post clarissima confessionem
fidei / post grauissima tor-
mentorum genera / gloriosa
martirio coronatus est
ut testatur aristides athe-
niensis / uir fide et
sapiencia mirabilis / in eo
opere quod de xpiana reli-
gione composuit / Rome
ad ursum pilleatum
candidi martiris /
D. iiii. non. Francisci
confessoris de ciuitate
asisi ortus uiginti annos
negociator fuit / et tempus
illud uane consumpsit /
a domino flagello infirmi-
tatis corripitur / et mox in
alium uirum permutatur / omnia
que habuit uendidit / et
pauperibus ad quandam ecclesiam
que minabatur ruinam
dedit ad restaurationem eiusdem /
Regula fratrum minorum
instituit / quam innocencius
papa confirmauit / tandem
in pace quieuit —